Quam sibi Generosus Nicolaus Koniecz(k)i summam Mille
florenorum pecuniae monetae currentis polonicalis eidem ipsius actis
terris premisliensibus solvi pro festo Conversionis Sancti Pauli
apostoli proximo venturo inscripsit anticipando tempus
prefatum solutioni assignatum plenarie persolvit Ratione
cuius solutionis ipsum et eius successores de eadem summa quietat
et penitus ipsamque inscriptionem suam eandem summam continentem cum omnibus
Conditionibus punctis clausulis et articulis cassat annihilat
mortificat ex terminis temporibus sibi et suis posteris rationes
bonorum silentium imponens eius terminum perpetuum marcescere mandans.

Konieczki contra Szimakowski

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castren.
Premisliensibus Generosus Nicolaus Koniecz(k)i a pallatiis
terris districtibus iure a foris suis quibusvis propriis et
competentibus recedendo presenti vero Jurisdictioni se cum suc-
cessoribus ac bonis suis infrascriptis quo ad actum et effectum
presentis inscriptionis attinet incorporando sanus mente et corpore
existens publice alta ac per expressum recognovit Quia Generoso
Mathiae Szymakowski et eius successoribus summam Mille flo-
renorum pecuniae monetae currentis polonicalis veri certi liquidi mu-
tui atque essentialis debiti tenetur et debitus Quam quidem
summam solem recognoscens se cum suis posteris obligat et inscribit
praedicto Creditori suo vel eius posteris pro die et festo
Conversionis Sancti Pauli apostoli in anno Millesimo quingen-
tesimo octuagesimo Octavo venturo die in Castro presenti
Circa acta officium et acta praesentia Castrensia Premisliensia totalis

plenarie simul et semel in parata ac numerata pecunia in effe-
ctuque dare solvere reponere relinquere non excedere nec debere neque
quovismodo per se vel subordinatas quasvis personas aresta-
re Casu vero si eo (?) (?) summa predicta tempore su-
pranominato solutioni assignato eidem Creditori suo vel eius
posteris non solverit seu solvere quovismodo cum successoribus
suis neglexerit Extunc In eadem summa essenciali Mille flo-
renorum pecuniae monetae currentis polonicalis Realem intromissionem et actu-
alem pacificamque possessionem cum usufructu in medietate bonorum suo-
rum hereditariorum villae Wolczyschowicze attinentiisque eorum in
Crastino eiusdem diei solutioni assignati vel tunc dum ad eand
acceptandam Ministerialis quicunque cum nobilibus duobus absque cuius-
vis Juditii seu officii additione et deputatione virtute duntaxat
presentis inscriptionis ex parte eiusdem creditoris vel eius successorum
venerit dare et libere admittere eandemque nec per se nec per suas
quasvis subordinatas personas impugnare se cum suis posteris
in eisdem aliisque omnibus bonis suis hereditariis obligat et inscribit
sub vadio Mille florenorum pecuniae monetae currentis polonicalis
in casu non admissae seu denegatae eiusdem intromissionis ad sol-
vendum toties quoties opus fuerit incurrendo Apprehensaque huiusmodi
reali intromissione et actuali possessione Per eundem Creditorem ac
successores illius Medietatem bonorum villae Wolczyschowicze
eiusdem debitoris hereditariorum Cum omni iure dominio et
proprietate omnibusque eiusdem bonorum attinentiis pertinentiis co-
heren fructibus censibus proventibus ac utilitatibus quibus universis
in longum latum et circumferentiam prout de eadem medietate
bonorum predictorum in suis metis et limitibus porrigit Nihil

Iuribus dominij proprietatis ac quorumcunque vsufructuum et vti
litatum ex eadem medietate bonorum praedictorum pro se dicto
cognoscen[te] ac successoribus illius reseruando et excipiendo. Qui quidem
ipsemet recognoscens eandem bonorum praedictorum medietatem te
nuit habuit et possedit In summa praeexpressa Mille florenorum
pecuniae monetae cursus polonicalis tenendum habendum possidendum a tempore
pore accepte possessionis ad festum Natiuitatis Christi domini
tunc proximum et inde ad festum pro tunc exemptionis ac summae
praedictae solutionis ad aliud simile festum et sic consequenter
de anno ad annum vsque ad exemptionem ac summae praedictae
omnimodam coniunctimque solutionem Et debet ac tenebitur
supranominatus recognoscens ipse vnacum successoribus suis
alijsque omnibus bonis suis haereditarijs inscribit et obligat tunc de
Mathiam Szymakowskij ac successores illius in bonis praedictis
et occasione eorundem ab omni impeticione iuridica quarum
libet personarum sexus status ac conditionis cuiuscunque exi
stendo Tum inscriptionibus quibuscunque prioribus et posteriori
bus debitis vinculis reformationibus ac aduitalitatibus
quibus vero omnibus inscriptionibus in eadem bonis cuiuscunque
narum inquenuncunque sensum factis et faciendis Necnon Citationibus
tionibus Concitationibus adcitationibus Terminis tam penitus
bonis positis et ponendis Lucrisque et pluribus processibus
seu progressibus quibuscunque Iudicialibus in bonis praedictis
dudum et producendis tum quibus opus fuerit Coram omni Iudi
cio officio regni Tueri defendere euincere liberare intercedere
pacificare bonaque eadem semper et vbique munita et libe
ra facere Nec ipsemet cum successoribus suis possessionem bonorum

eorundem tam in toto quam in minima parte per se vel submissas
quasuis personas impedire et adimere debet sub vadio Mille
florenorum pecuniae monetae cursus polonicalis Ceterum supranominatus
recognoscens se cum sua parte in eisdem alijsque omnibus bonis haereditarijs
bonis suis praedicto Mathiae Szymakowskij ac posteris illius in
scribit et obligat praesentem inscriptionem ex libris actis castrensibus ad acta
terrestria Premislien[sia] ante decursum anni transportare
Et circa transportationem eiusdem inscriptionis generosam Catherinam
consortem suam cum duobus amicis illius de linea paterna pro
ximioribus ad consentiendum super inscriptionem praesentem quo ad
omnia iura illius reformatoria et aduitalitia ac alia quaeuis ea
in bonis praesentis inscriptionis oneratis quolibet modo concernentia spe
ctant ad eadem acta terrestria Premislien[sia] personaliter statuere sub
vadio Mille florenorum pecuniae monetae cursus polonicalis In casu
Non completionis praemissorum ad soluendum succumbendo Pro
quaquidem summa essentiali tum vadio seu vadijs ex quauis
re et causa succumbendo Quotiens supranominatus Nicolaus
Konieczkij cum successoribus suis fidem Mathiae Szymakow
skij vel suis posteris citare permiserit suis a palatinatibus
terris districtibus iure ac foro suis quibusuis proprijs recedendo
Coram officio praesenti castrensi Premislien[si] Citatus praesentis
responsurus Cum successoribus ac bonis suis praedictis alijsque suis
haereditarijs quo ad respondendum et inscriptioni praesenti satisfaciendum
subijcit semper in primo citationis termino tanquam peremptorio
in iure parere respondere et locum dare pro vadio
seu vadijs pro quo seu quibus citatus eiusque successores citati

fuerint re ipsa ab offo non recedendo sub quibus opus fuit
satisfacere cum successoribus tenebitur Terminum ipsum
primum ac alios consequentes Nulla re exquisita et dolo
re excogitata Tum actione pro maiori vera vel simplici
infirmitatibus suorum minorennitate expeditione belli
ca incursu hostium aura pestifera Conventione generali et par
ticulari absentia a regno Negotio et servitio quovis S. R.
Mtis Regiae Reipub. ac militari legatione intra et extra
regnum ceterisque legalibus quibusvis impedimentis ac dila
tione ad quietationem minime evictorem tua sioni oblationibus
sub poenis trium et tertii trium marcarum Motionibus
denique et appellationibus ac earum prosequutionibus diferendo
evadendo et excipiendo Imo se cum successoribus praemissis aliisque
iuris remediis abrenuntian suo et suorum successorum submis
sione totius Causae vigore solutione vadii seu vadiorum quo vel
quibus solutis utique puti inscriptioni sub quibus opus fuit dabit
facere cum successoribus tenebitur Nulla in praemissis terrestri praescriptione obstante.

Szimakowski cedit eid.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren
Premisliensis Generosus Mathias Szymakowski a terris
districtibus iure ac foro suis quibusvis propriis recedendo puti
vero Jurisdictioni se cum successoribus quo ad actum et effectum
putis inscriptionis attinet incorporando sanus mente et corpore
existens publice vol(untari)e ac per expressum recognovit Quia
De Inscriptione Castren Premisliensi sibi per Generosum
Joannem Troieczky super summam Centum florenorum pecu
niae currentis polonicalis facta praemissa verbis suis in tenore ver
borum enarrante Cum omnibus Conditionibus punctis clau
sulis et articulis ibidem appositis contentis et descriptis Ja
ex nunc Generoso Nicolao Konieczky ac successoribus illius Cedit
et condescendit ac omne et integrum ius suum praemissorum de-
functum ac successoribus illius plenarie transfundit summamque prae-
dictam ipsi ac posteris illius dat donat et inscribit aeternis
temporibus Praesentemque inscriptionem ex libris actis castren ad alte
teria praemislien ante decursum terminus anni tenebitur portaturum
se cum suis posteris in bonis suis omnibus eidem Nicolao Ko
nieczky ac posteris illius inscribit sub vadio Centum flore
norum pecuniae monetae currentis polonicalis Prognogni de vadio
sic et in quantum se idem recognoscens cum successoribus suis
eidem Nicolao Konieczky et posteris illius citare permiserit
Ex tunc recedendo a suo proprio et competenti foro Coram officio
puti in primo citationis termino peremptorie respondere Vadium
praedictum solvere eoque soluto puti inscriptioni satisfacere cum successoribus
tenebitur Terminum ipsum primum ac alios consequentes Nullis
novis collationibus Motionibus appellationibus ac earum prosequutione
transitione oblationibus sub poenis trium et tertii trium marcarum
dilatione ad quietationem seu mortificationem putis inscriptionis
ac legalibus quibusvis impedimentis differendo et evadendo
Imo se cum successoribus praemissis aliisque omnibus iuris remediis ab
renuntian suo et suorum successorum submissione totius causae
Nulla in praemissis terrestri praescriptione obstante.

Gniolska quietat Jolkowicz

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren